



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 12. Levis collisio Innocentii XI. Papæ cum Principum Oratoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. A.C. 1680. caussis suum consilium & operam sedulo impendit: nullatenus tamen induci potuit, ut Innocentii XI. Constitutioni, qua Nepotismum abrogabat, subscriberet, quocirca illum Cardinalis Cibo in publico Patrum consessu his verbis redarguit: *forte sua Eminentiæ Papatum sperat.*

§. XII.

Levis collisio Innocentii XI. Papæ cum Principum Oratoribus.

Fervebat adhuc leve dissidium circa nuper abolitam Palatiorum immunitatem; nonnulli enim exterorum Principum Oratores haud obscure insinuabant, sibi in mandatis datum, ut non modo in suis Palatiis, sed etiam in districtu, quem circa ea hucusque describere consuevissent, jurisdictionem armata manu tuerentur: Sed idem tempus quidam etiam Jesuita contra Papam librum sub hoc titulo: *Ratio Imperii* edidit: Illius Authorem Pontifex suo judicio sisti petiit, quoniam namque natione Gallus esset, & Franciæ Oratoris patrocinio frueretur, Patulus Oliva supremus Societatis Præpositus hunc Pontificio Tribunali tradere recusabat. Præterea Principum Oratores, alique, quos Purpuræ spes incit-

citaverat, importunius Papam urge-
bant, ut tandem novos crearet Cardi-
nales, eoquod jam viginti tres vita
functi fuissent, & non pauci periculose
decumberent: aliunde vero ob tam exi-
guum Purpuratorum numerum Urbs
commercio fraudaretur, pluresque fa-
muli, unde victum quæerent, non
haberent: Verum Pontifex ad hæc
surdas habuit aures, non gentem, sed
lætitiâ multiplicare intentus: crebras
tamen cum Cardinalibus instituit con-
sultationes circa occurrentia Ecclesiæ
negotia, quibuscum præprimis conclu-
serat, Poloniæ Regi decimas ex Eccle-
siasticorum bonis pro Turcico bello esse
concedendas, denegandam vero qua-
rundam Abbatiarum cessionem: cum
autem nuntiatum esset, quod Harlæus
Parisiensis Archiepiscopus Apostolicæ
Sedis Nuntios Episcopis subicere mo-
liretur, & Parisinum Parlamentum in
Regaliæ causâ sententiam contra Ec-
clesiarum immunitates pronuntiasset,
statuit Pontifex, supplicandum esse
Regi, ut læsæ auctoritati satisfieri cu-
raret, ipsumque P. Olivam Societatis
Generalem esse urgendum, quatenus
Patrem de la Chaise Regis Confessa-
rium moneret, ut hic Regem ab usurpan-
dis Ecclesiæ juribus dehortaretur: At-
tamen Generalis, sibi nullum in Per-
sonas

Sæc. XVII.
A. C. 1680.

H h 3

sonas

Sæc. XVII. sonas liliis munitas jus competere, re-
A. C. 1680. spondit. Denique Pontifex novam So-
 cietatem, cui nomen a *Divina Misericordia*, instituit, cujus sodales quotidie
 eleemosynas ostiatim colligerent, ut
 bisque incolis charitatis opera frequen-
 tius exercendi occasionem præberent,
 atque egenis succurrerent.

§. XIII.

*Disputatio inter Jacobum Boileau &
 Petrum Allixium Hugonotam.*

*Du Pin.
 Nouv. Bibl.
 des Auth.
 t. 19. p. 67.*

Seria hoc anno intercesserat discepta-
 tio inter Jacobum Boileau Sorbone
 Doctorem necnon Senonensis Ecclesie
 Decanum, & inter Petrum Allixium
 Calvinianum apud Charentonenses præ-
 dicantem. Hic enim, ut realem Cor-
 poris & Sanguinis Christi præsentiam
 in Eucharistia negaret, in erroris sub-
 sidium detorquebat auctoritatem S. Au-
 gustini, qui a Consentino interrogatus,
*an nunc Corpus Domini ossa & sanguinem
 habeat*, Epistola 146. his S. Evangelii
 verbis respondit: *Palpate & videte, quia
 Spiritus carnem & ossa non habet*, quibus
 addidit S. Augustinus: *fides adfit, &
 nulla quæstio remanebit, nisi sorte de san-
 guine post Christi resurrectionem requi-
 rendum sit, quia cum Christus dixisset: Pal-
 pate &c. non addidit sanguinem: non ergo*